

faciunt sola intentione placendi deo hi imitantur illuz qui a dextris. Qui vero pro appetitu humane laudis vel aliqua alia intētionē sinistra hoc faciunt: illi imitantur latronem illum qui a sinistris crucifixus est. Item ē documentū specialiter in latrone dextro q̄ z nos saltem sero in fine vite nostre penitemus vt cum illo latrone venerabili portionem habeamus. **Conformatio.**

Ad conformandū se huic articulo recogitet homo quo modo christus pendeat in medio latronuz: et reuoluat in mente sensum theorematiz: vt in documento primo. Vel alias rē.

Theorema.

**Esu qui vestimenta tua inter crucifixo-
res tuos diuidi: sup
tunicam autez tuam in-
consutilem sortem mit-
ti voluisti: da mihi san-
ctorum tuorum exēpla
cum mandatorum tuo-**

rum obseruantia parti-
cipare: z charitatē sem-
per integram conserua-
re.

Quinquagesimus- quartus articulus.

Quinquagesimus quartus articulus ē vestimentoz eius diuisio. Cum enī milites crucifixissent eum acceperūt vestimēta eius z fecerūt quatuor partes vnicuiqz tunicā p̄ parte. Unde patet quatuor eos fuisse. Erat autem superior tunica christi inconsutilis: id est: non consuta acu: s̄ desuper per totum contexta ad modum palestinoruz: de qua dixerunt: Nō scindam⁹ eam: s̄ sortiamur de ea cui⁹ sit. Et notandum s̄m Chrysostimuz: q̄ non parua h̄ abiectio christi erat. Quasi enim circa dehonozatum z omnium vilissimum in christo hoc agebant. In latronibus autem nihil tale operati sunt. Diuidere enim vestimēta in cōdēnatis valde vilib⁹ z abiectis sit z nihil aliud habentibus. Dicit enim Theophil⁹: q̄ ad opprobrium h̄ fa-